ipsa bona pro anima sua, prout inspiratum sibi fuerit, ordinare, omni prorsus facultate exempta sepedicto domino B. ac ipsius Episcopi heredibus quomodolibet impediendi ordinacionem ipsius, quam de sua tercia parte in vita sua duxerit faciendam, salvo nihilominus omni jure prolis domini Fulkonis, si quod eis competat in bonis memoratis, in quo si ita est, nullum eis volumus preiudicium generari. Jtem promisit in nostra presencia predictus dominus B. quod negocia domini Episcopi sepefati, super quibus ex parte sua fuerit requisitus, fideliter prosequetur et efficaciter promovebit. Jn premisse igitur composicionis et nostre confirmacionis evidenciam et munimen, sigillum nostrum ad peticionem et instanciam dominorum Episcopi et B. predictorum [8]) una cum sigillis eorundem presentibus duximus apponendum. Datum Anno Tempore et loco prenotatis.

Tre sigill äro betecknade.

2015. 1315 d. 19—24 Maj. Stockholm.

Samma arfdelnings-instrument, i förändrad, enklare form, men i hufvudsaken öfverensstämmande med det föregående.

Registr. Eccl. Upsal. perg. pag. 132. (f. 91. v.).

Omnibus presentes litteras inspecturis WALDEMARUS dei gracia &c. *lika med föreg. N.* 2014 [*]) *till:* videlicet quod ipse dominus israel episcopus memoratus, germanus dicti domini io[hannis] terciam partem predictorum bonorum et dominus birgerus duas partes jure perpetuo possiderent, sub condicionibus nichilominus que sequntur. videlicet quod ipse dominus b. ad restitucionem omnium bonorum, que de dicta parte ad dominum episcopum post mortem domini jo[hannis] iam deuoluta leuauerat preter sortem integraliter teneatur Et sicut in bonis recipit duas partes, sic ad duarum parcium solucionem omnium debitorum scilicet et legatorum &c. *lika med nämnde N.* 2014 *ända till slut* [**]).

Öfverskrift: Littera super diuisione hereditaria post dominum johannem angelum.

---

[8]) "predictorum" uteslutet.

[*]) Med följande väsendtliga förändringar: birgerus pætrerson — stokholm — diuisione bonorum hereditaria — ostgocia — smalandh.

[**]) Med följande variationer: ostgocie — smalandh — Jtem et quod liberum sit ipsi domino — orden: "pro anima sua" uteslutna — nichilominus in omnibus jure — fulconis — eis in bonis competat memoratis — ac nostre — Actum anno.